



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von
Erfurti, 1675**

V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

lis Thuringi, universalem † pacem (a) Thur. uniu-
inter se Elector, Principes, Abbates, Co- versalē pacē
mites Urbes iniverunt. ineunt.

* Capitulum † B. M. Virginis à Frederico V.

& Günthero fratribus, Comitibus in Beich- * MCCCX
lingen Rudelstadium majus (b) centum XII.
sexaginta marcis argenti puri cum advoca- Ecclesia B.
tiā & omni jure emit; feudum erat Land- M. V. emit
gravii, cuius assensum venditor, datis Rudelstadii
Fidejussoribus promisit, * præstitit post majus.
biennium, datâ libertate solennibus lite- * MCCCXX
ris ipse Landgravius alienationem confir- IV.

mavit. Erfurtenses collapsa temporum
injuriis ædificia reparant. Ipse etiam Mat- Ponsmerca-
thias † Elector (c) pontem mercatorum la- pideum anno hujus saeculi vigesimo quinto torum exla-
erexit, cum superiore anno splendidio ap- pidibus ex-
paratu huc venisset, atque exacto prius struitur.
homagio in Basilicâ Marianâ decente ritu Matthias
primitias (d) Numini † sacrificasset. * ArchiEp.
Dissensiones paulò post inter Electorem, & primitias
Erfordiam ortæ; causa illarum Northusia, Erfurti ce-
† quippe ibi contrâ Senatores ingens tu- lebrat.
multus. Clerici etiam furorem experti, * MCCCX
quorum ædes spoliatae, equi in ipso tem- XV.
plo stabulati sunt. Motus iniquitate rei Northusia
Elector, intentato prius sed contempto in Clerum
spirituali gladio armatâ manu seditiones insurgens à
aggressus, Vasallo suo Comiti de Hohn- Moguntino
stein, ut omnem comeatum interclude- compescitur
ret,

(a) Chronica Thuringiae hoc anno.

(b) Antiquissima monumenta Archivi Mariani.

(c) MS. Chron. Erfurt.

(d) MS. Chron. Petrense.

*Erfurtenſū
in hac lite
ſtudia.*

VI.

*Balduinus
Trevirenſis
administra-
tor Mogun-
tiae.*

*Erfurtenſes
Moguntiae
turbas in u-
tilitatem ſuas
vertunt.*

ret, mandat. Subito ligni penuriā Urbs friguit, ut proprias etiam ædes ad culinae fornacisque necessitates dirueret. Hanc ad expeditionem † Erfurtenſes citabantur illi ad ſubſidia contrà fœderatam Urbem difficultes emanent. Graviter tulit Archi-Episcopus, quod contrà ſubjectionis jura-mentum ſequelam negarent. Igitur Matthias lec̄to aliis suis in territoriis militi utramq; urbem (a) compescuit.

Secutum denuò ſi non Schisma, ſaltem non minus malum Moguntiæ, in hanc usque Thuringiam ſua incommoda effundens. Extincto Matthia Clerus Treviren-ſem ArchiEpiscopum Balduinum † vo-cat, (b) hic diviſis Eccleſiæ Præſul, cum exhausta bellis Moguntina mutare nolens, Papam etiam metuit, qui Henricum de Virnberg Capitulo obtrudere nitebatur. Ægrè tandem persuafus Balduinus, ut ex conſenſu Pontificis administrationem va-cantis Sedi aduſque ſententiam fuſcipe-ret. Erfurtenſes † ad veterem genium reversi, hanc turbidarum Moguntiæ rerum occaſionem captant. (c) Cumque nec Balduino extero, nec Henrico canonice haud electo obtemperare vellent, abſque Domino ſe eſſe crediderunt: Henrico tamen magis tanquam imbecilliori adhæſit Erfordia, ut pondere ſuo faſtiones in-aqui-

(a) Serarius in ejus vita.

(b) Serarius in Balduino administratore.

(c) M.S. Chron. Erfurt.